

juventutis indomitæ non astrictam  
fatis, minimè probari.

Sed adest famulus Starenbergius.  
De Plutarcho in præsens velim sal-  
tim paragraphos habere exscriptos  
qui lacunas Xylandri antecedunt &  
sequuntur proximè; interim appa-  
rebit num quod auxilium ex Biblio-  
theca Gallica. Pro Habrechtii libello  
gratias. Vidi principia responsionis  
Schickardi: ad quem hunc libellum  
adjectum, ubi perlegeris, si ocium  
est, remitte. petiit enim, eiq; scri-  
be, nam excludor tempore, rogare  
me, ut ille Falco, quem mihi comen-  
davit, & cui hunc libellum petiit, li-  
bellum in forma disputationis pu-  
blicè proponat, ipse nomen meum  
Falconi non prodat, initium impres-  
sionis à litera A fiat, ut præfationem  
aliam ipse præfigere possim, theses  
non intervallis, sed nudis paragra-  
phis